

174.

aut mori non poterunt: nullum sensum
doloris amittant: sed ut in aeternis cruciatu
bus constituta. summus dolor. nec corrumpat
cruciando: nec perimat. **N**ec sic ad hoc
caro immortalis. cum sua anima condemna
ta: uiuit ut sentiat: sentit ut doleat:
et dolat ut meritis suis digna recipiat. 7

In qua aetate. uel statura futuri sint
resurgentes. siue sint senes. siue iu
uenes. uel infantes. xx.

Plerisque. pertinaciter. ac uario de hac ques
tione cessantibus: beatus ^{et prohibens} augustinus
responsurum se praebens dicit. 7

Si dixerimus. ad dominici corporis modum:
quorumq. maiora corpora redigenda:
peribit de multorum corporibus pluri
mum: cum ipse nec capillum periturum
eis promiserit. 7 **R**estat ergo ut sua